BENEDICTUS DE NURSIA
Nordfrankreich (Paris), 14. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26771
Copyright: Admont, Benediktinerstift



terii Verum etiam dicatur ei honeste ut discedat ne eius
miseria alii uicientur. Quod si non fuerit talis qui me
atur prohibeat. non solum si petierit suscipiatur congre
gationi sociandus. Verum etiam suadeatur ut stet ut
eius exemplo alii erudiantur. Et quia in omni loco
vni domino seruitur vni regi militatur. Quem si etiam ta
lem perspexerit abbas. liceat eum in superiori aliquam
tulum loco constituere. Non solum autem monachum
sed etiam de supra scriptis gradibus sacerdotum uel cle
ricorum stabilire potest abbas in maiori quam ingredia
tur loco. si eorum talem uitam esse. Caueat autem abbas
ne de alio nato monasterio monachum ad habitan
dum suscipiat sine consensu abbatis eius aut litteris
comendatoris. Quia scriptum est. Quod tibi non uis
fieri aliis ne feceris. De sacerdotibus monasterii

Siquis abbas sibi presbiterum uel diaconem si
bi ordinari petierit. eligat qui dignus sit sa
cerdocio fungi. Ordinatus autem caueat elationem
aut iactantiam nec quicquam presumat nisi quod ab
abbate ei precipitur. sciens se multo magis discipline
regulari subditum. nec occasione sacerdocii obliuis
catur regule obedientiam et disciplinam. sed magis
ac magis ac in deo proficiat. locum uero illum semper atten
dat quando ingressus est in monasterio. preter offi
cium altaris. Et si forte electio congregationis et
uoluntas abbatis pro uite merito eum promouere uolu
erit. Quod si aliter presumpserit. non sacerdos sed rebel
lio iudicetur. Et sepe ammonitus si non correxerit